Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41223
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Dubia quedam cum solutione

Responsio ctorum dubiorum data per reverendum dominum Johannem de Palomar dicens sanctum Helisabeth teneatur quod dominus abbas potest delegare et committere auctoritatem dare cuilibet suorum subditorum confessoribus absoluendi confitentes ab omni excommunicatione maiori et aliis sententiis ecclesiasticis a quibus ipse absoluere habet de iure communi, nisi forte in illis non potest casibus ubi habet speciale indultum vel privilegium. Confessor autem habens auctoritatem a domino abbate tripices non potest eandem subdelegare sine licentia vel gratia alterius confessoris, nisi in casu quo dominus abbas a monasterio recedet, et auctoritatem ordinariam sine vicis suas alteri committet, tunc tunc licitum potest demum aliis subdelegare sine gravi hyc auctoritatem sicut dominus abbas illi primo fecit facere.

Ad aliud dubium dicimus, quod quidam aliquis in confessione absoluit fideliter ab omni vinculo excommunicationis suspensionis et interdicti, tunc est simpliciter absolutus ab omni tali sententia quam incurrit ipse per aliquem de quibus nunquam est recollectus seu confessus, duo in misterio confessionis sunt gestus secundum sicut misericordiam sua solum ad auditum ferret. Unum gaudium est quod confessor spiritum habeat. Item iterum absoluendi ab omnibus a quibus actu potest absoluere, tam quod ad sententias quam ecclesiasticas quam pena.

Ad tertium dubium quod abbas potest absoluere sed non sententias a singulis sententiis ecclesiasticis ipsis nescientibus imo nolentibus absolui, quod dicitur intelligendo a quibus habet auctoritatem absoluendi.

Ad quartum dubium dicimus quod excommunicatio maior de iure solum dicitur intelligi quod post mortem pronunciatam admonitionem et dicitur in scriptis ex hoc videtur probabiliter vim ut dicit petrus de poland quod quin per aliquem sententiam vel actu confligit excommunicatio a iure, nullam tamen habet, nisi tali actu vel sic facendo peccet mortaliter. Pro eo videtur quod ecclesia vetat aliquem plenide a gratia fidelium seu a talium gloria excludere quem existit in caritate et corda domini non est exquirentibus.